Deligendi item sunt ex omni Germania Principes, et Episcopi aliqui insignes praeterea viri, cum quibus consilia secrete, ac familiariter tractentur in Domino. Nam mystica consilia ac negotia magnum solent habere ad res magnas conficiendas momentum.

Erit praeterea utile in primis ut familiariter, ac secrete admoneantur Episcopi, et Principes Catholici, si quid in illis offendat animum S. D. N.

Erit curtus ovvero precium, ut graui apologia satisfiat Principibus Germaniae non Catholicis tantum, sed etiam haereticis, si quid coniectura assequi possumus illorum offendere animos in Romana Ecc.ae consuetudine, ac disciplina rerumq; Ecclesiasticarum usu, atq; administratione.

Cum selectis item praestantioribus vel Principibus, vel viris alijs idoneis, secrete item consilijs agi poterit, ut res ipse postulaverint. Longe tamen alia ratione q̃ cum Cath.cis

Et Cath.cis Principibus germaniae illud magno spiritu,

magna

magna cura, atq; industria persuadendum in Christo, ut animum illum generosum, ac plane Germanicum ne tinant facile cedere humanis consilijs, vel pro earumbus rerum difficultatibus perponere, sed contra accipiant armaturam Dei, ut possint haereticorum terroribus minis, et humanae potentiae resistere ac in omnibus perfecti stare, succincti lumbos in veritate, hoc est expedientes divinam Catholicae fidei fortitudinem, induti Justitia loricam, id est corda charitate divina munientes, calceati pedes in praeparationem Evangelij pacis ut omnia valeant et agere, et pati, ne quod in se est pax Ecclesiastica videtur: properti animo ut omne haeretici benignissime ad unionem Ecclesiae Romanae recipiantur, sed simul nihil bellum reformidantes ut per quod hi vnquamquam necessariam pacem expedire ac consequi. Scutum vero fidei sumentes, quo haereticorum violenta argumenta, contiua, actiones obtendantur, Galeam item assumant salutis spem qua confidentissime agant in Dno quati si in